



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

5
JUS NATURÆ

OMNIBUS CONGENITUM AC INSITUM

EX NATURA

ET

RATIONE

APODICTICA DEMONSTRATIONE ET à PRIORI

NEC COGNITUM NEC DEDUCENDUM.

CONSENSU AMPLISSIMÆ FACUL-

TATIS PHILOSOPHICÆ

PRÆSIDE

JO. JOACHIM

WEIDNERO, D.

DN. PRÆCEPTORE, PATRONO AC FAUCTORE

OMNI HONORIS CULTU & VULTU DEVENERANDO

ANNO MDCCXII. D. XVII. SEPTEMBR.

IN AUDITORIO MAXIMO

PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI HORIS

EXHIBEBT CONSUETIS

JO. JOACHIM SIMONIS,

Megapolit.

Phil. & S. S. Theol. Stud.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC.

& ACAD. TYPOGR. oogle

VIRIS

PERQVAM REVERENDIS, CLARISSIMIS DOCTISSIMISq;

DN. PASCHASIO SIMONIS,
Parenti suo omni filiali cultu devenerando,

DN. ENOCHO SIMONIS,
aeqve ae

DN. JOHANNI SIMONIS,
PATRUIS SUIS omni reverentiae honore colendissimis

**PASTORIBUS ECCLESiarUM
SUARUM PAMPOVIENSIS, GARVITZENSIS & BEUTINENSIS**

**LONGE FIDELISSIMIS,
VIGILANTISSIMIS**

optimeqve **PROMERITIS,**

primitias has Academicas

in infucati amoris tesseram

d. d. d.

RESPONDENS.

Ad Clarissimum DN. RESPONDENTEM.



Auram viam parare ad gratiam, olim dixit Clemens Alexandrinus. Nempe qui naturæ recte sese habentis ductum sequitur, ex eademque tantum de DEO, Divinisque rebus cognoscit, quantum illa homini, nisi reluctetur, inspirat, Divino Spiritui, magis recta & salutaria dictanti, facilius obsequitur, quam cum intellectus tenebris obsitus & voluntas cupiditatibus oppleta veritatem in injustitia captivant. Id probe apud animum Tuum expendis, Amice optime, & in explorandis primum eommendandisque naturæ viribus versaris, ut animo à nativis tenebris liberato ad veriores Scripturarum lucem eo felicius eluctari inque illa profectus Tibi laudabiles, Ecclesiæ olim salutares facere possis. Qua de re & ex animo Tibi gratulor & Divini Spiritus favorem, studiis Tuis uberrime adfulgentem, seriis precibus exoro. Scr. è musæo, die XIII. Sept. MDCCXII.

JO. FECHT, D. p. t. AC. RECTOR.

Berthster Freund/ Sein Fleiß hat allge-
meinen Ruhm

Und das sitzsame Thun verpflichtet viele Herren/
Von Seinen Studiis bey sehr bemühten Herren

Wird die Gelehrsamkeit zu Seinem Eigenthum!

Wen andere die Zeit sehr sträfflich hingebraucht/
Und Academien nach Spiel und Wollust kennen/

Auch gar der Veners gang voller Geilheit brennen

So hat Er auf sein Wohl an Leib und Seel gedacht.

Gott

Gott sey den ferner Hin mit Seinen Studiis
Er überschütte Ihn mit selbst gewünschten Gaben
Und lasse vieles Glück nach allem Wunsche haben!

Sein Segen fördre sich und ehre Ihn gewis.

Dies wünschte mit eilender Feder jedennoch
herzlich / des Hrn. Respondentis
als Seines geertheften Freundes und
sehr fleißigen Auditoris ergebener

PRÆSES.



Ad

*Nobiliss. atque Clariss. DN. Respondentem,
Fautorem & Amicum meum Charissimum.*

Hactenus laudabilem omnino operam studiis impendis, *Amice A-*
stumarissime! ut assiduâ diligentia tuâ Doctoribus Te tuis satisfa-
cere, ad unum illi testentur omnes. Laudandum in Te maxi-
mè est, quod eodem semper, quo incipere soles, ardore ad fi-
nem perducis quicquid studiorum tractare Tibi sumis, ut cum auscultan-
dæ sunt Doctorum prælectiones, locus tuus à Te se desertum queri non
debeat. Nec, quæ proposita audisti, in succum, quod ajunt, atque
sanguinem ruminando meditandoque convertere negligis, non contemn-
dum hoc modo doctrinæ atque sapientiæ thesaurum collecturus. Quia cum
industria tua vitam conjungis statum tuum sacraque studia decentem, &
quod reliqua superat, pietatem minime fucatam. Hinc omnibus, abs
Te aliquando, DEo sic dirigente, eximia officia, Publico præstitum iri, haud
vana enata spes est. Et huc Te contendere publico jam nunc specimine
testaberis, de quo quivis boni Tibi gratulantur. Congratulor & ego id
ipsum, etque felicissimos successus apprecor. Qui hæcenus studia tua sua
coronavit coelesti benedictione, DEUS T. O. M. in posterum quoque iis-
dem majora largiatur incrementa, quò & Patronos illis conciliare Tibi,
& Ecclesiae Christi cum fructu olim inservire possis. Scr. festinante cala-
mo Rossch. d. 12. Septembr. Ann. 1712.

Cl. T.

Additissimus
Fr. Alb. Äpinus

Was braucht es/ Wehrtester/ ein Zeugniß
frömbder Farben?

Die Probe selber mag der beste Zeuge seyn.
Du zeigst der *Musen* Schaar der Hoffnung schönste
Farben/

Und samlest mit der Zeit des Fleißes Früchte
ein.

Ich darf zu deinen Ruhm nicht falsche Schmin-
cke borgen/

Dein tugendhafter Sinn ist deutlich genug
erkannt.

Wirstu nur / wie bisher / für deine Wohlfahrt
sorgen/

So ist gewiß die Zeit gar glücklich angewandt/
Der Himmel segne selbst dein eifriges Beginnen/

Und lasse bald dein Stück in voller Blüthe steh'n ;

So werd ich noch dereinst auff neue Wünsche sinnen/

Die *DIX* zur Freud/ und mir aus treuen Her-
zen geh'n ;

Staat wohlverdienten Zeugnißes von der
rühmwürdigsten Ausführung des Hrn.
Respondenten als seines wehrte-
schäftigen Freundes und schwiegerlichen
Anverwandten seyte dieses aus Schul-
digkeit.

M. PETRUS BECKER, Math:
P. P. O. S. P. R.

D'Im de congenito NATURAE JURE loquelas
Misce, Te PINDI JURA probare doces
Nostris Namq; hujus generis certamina suadent,
Quæts in verato Laus Tibi Jure manent.
Ausibus grator; Superi Tua facta secundent,
Possis ut & quondam tradere JURA DEI.

Nobilissimo ac Doctissimo DN. Respondenti
Amico, ac quondam Auditori, singulariter
aestimato, Paternis vestigiis strenue insi-
stenti, applaudens p.

M. JOANNES DAVID. HOHEISEL.



CONSPECTUS
DISSERTATIONIS.

PRæfamen urget affiduitatem Studiorum aduersus hos, qui *Sacro Codici iniquissimi aduersantur* aut *ignavia mancipati desperant*; Cujus Excessus ac defectus culpanda Exempla in *Controversia Juris Naturæ* insinuato Themate submittit.

TRACTATIONIS.

§. I. Ex Wilquefortio rudera *Chilominara* Persepolitani Palatii recentet. Et

§. II. ad Jus Naturæ applicat, docens, ejusdem reliquias indeliberes atque perennes.

Quæ tamen

§. III. Ex *Natura & Ratione* apodictica demonstratione & à priori cognosci ac deduci nequeant. Ut hoc solidius cognoscatur

§. IV. Docet, quod per *Jus naturæ insitum* non significetur *extrinsecus accedens*, vel *literæ & figuræ honoris & contumeliæ* ergo imprimabantur, vel ut in artefactis flores & effigies intertextæ, vel ut hortulani ramulos & clauos inserunt & inoculant.

§. V. Monstrat porro, quod alius sit modus infiti verbi Jac I. 21. Jer. XXXI. 34. & quod juxta.

§. VI. Astrologica fallacia Infita cum Jure Naturæ Infito nil commercii habeant.

§. VII. In contrarium veram *Juris Naturæ* acceptio nem exhibet, quæ &

§. VIII. Ex Wilckio & Grapio illustratur,

§. IX. Docet, quod hæc acceptio *jus Naturæ* demonstratione *directa, ostensiva à priori & per causam proximam* natura & ratione probari nequeat.

§. X. Contrarium tenuit *Pufendorffius*.

§. XI. Et acriori crena *Thomæ*

§. XII. Ergo statum controversiæ exhibet, &

§. XIII. Probationem nostram sustinere incipit, inductione exemplorum & quidè *Aristotelis &*

§. XIV. *Platonis* quin

§. XV. Reliquorū omnium.

§. XVI. Causam adjicit, cur Philosophos principium juris naturæ latuerit? ex *Bergio*.

§ XVII

§. XVII. Igitur, cum à notioribus ad min⁹ nota progrediendum, sacrum Codicem velut principium cognoscendi *Juris natura* vindicat ex *Fechsio*. Et proinde

§. XIX. Demonstrat, quod sic non committatur *αὐτὴν ἀλλο γίνεσθαι* ex *Thomasio*, *Saurio*, *Calovio*.

§. XIX. Nil obstant demonstrationi Juris naturæ verba *Epicuri*, qui aliàs velut *Athens* producitur ex *Luthero*, &

§. XX. ex *Horatio*

§. XXI. Quid & in contrarium attulerint: *Gassendus*, *Arnandus*, *Rondellus* & *Lexicon universale*.

§. XXII. In tutiori enim via sunt *Parker*⁹, *Seckendorffius*, *Reimhardus*, *Engelkenius*, & *Fabricius*

§. XXIII. Ex improvise *Epicurum* verba apparenter

bona dedisse, probat & pleniori eadem forma ex *Cicerone* submittit. In quo

§. XXIV. Continuat &

§. XXV. *Ciceronis* ipsius effata ad hunc tendentia scopum insinuat quod &

§. XXVI. Facit, qui & *Seneca* verba ex *Svaningia* citat.

§. XXVII. Dimissis fabulis de commerciis & salute gentium, causam verborum fundat in conversatione cum *Judæis*, ansa sumpta ex *Thomasio*.

§. XXVIII. quod & ex *Verulamio* confirmatur &

§. XXIX. Ex *Calovia* & *Meiero*

§. XXX. Tandem verum Juris Naturæ reducendi modum ex *Sacro Codice* tradit & verbis *Alberti* causam præsentem absolvit,

Sphalmata extantiora.

Præf. p. 1. lin. 12. lege labores. p. 3. lin. 12. l. credulitate p. 5. lin. 4. l. conclusionis. Tractationis §. IV. lin. 1. lege hujus lin. 4. Tunc lin. 17. deleatur: §. IV. linea 17 leg. Lege §. VI. lin. 23. l. Sturmum §. IX. lin. 1. deleatur, primum §. X. lin. 6. responsonem lin. 10. distinctarum §. XII. lin. 20. inferatur; eiusdittiglich gläubte §. XV. lin. 16. leg. humana lin. 17. certitudo §. XXI lin. 6. Pandect. lin. 14. sapentiam §. XVII. lin. 11. lin. 4. l. ob Seriptura §. XIII. lin. 2. enim & quatenus lin. 6. Libr. §. XIX. lin. 6. condycerent. §. XXI. lin. 4. Mach. Reliqua Benevolus corriget Lector.

(1)

PRÆFAMEN.



Ræclaro simili celebris inter Batavos & Germaniæ itidem eruditos Thomas Crenius de *Eruditione comparanda* p. 62. assiduitatem solertiæ literariæ ac studiorum insignium appetiit, his equidem verbis: *Qui mercaturam exercent, tanto ardore tantoque id agere consueverunt studio, ut nulli labori operaque parcant, si quam emendis vendendisque mercibus rem facere possint. Non illis infame naufragiis mare,*

*non latrociniis infesta itinera, non cæli ventorumque ira terrorem incutiunt. Labores omnes, molestias, atque periculâ spes affulgentis lucri superat, nec quicquam durum videtur, quod opes divitiarumq; promittere habeat. Quod si eadem contentione animi bonarum literarum studia prosequeremur, DEUS bone quanta doctorum Virorum copia orbem terrarum inundaret? Quanta ego & qua satietate damnarer votis, si hujus indefatigatæ exempla adessent studiorum solertiæ, & imprimis divinum istud *Natura Jus* renidere inciperet ex plus quam cimæris tenebris! Sanctum est & nobilissimum animal homo, divinum quoddam miraculum & rerum omnium compendium, quin DEI progenies & ex Numinis Summi familia oriundus. Conf. Lassenii *Erquid. Stunden in den Anmerkungen über die LIII. Andacht des Ersten Theils* p. m. 36. Verùm quem mihi dabis, qui aliquod pretium insitæ ac connatæ ponat præminentia, qua cunctis visibilibus creatis granditer præcellit, qui divina valore æstimet suo, vel se & animam suam intelligere gestiat. Habet proh! orbis feroces oryges, quorum pili ad caput versi vid. Franzius *Hist. Anim.* p. 257. designat inquietos, qui nil amant nisi novum & præposterum. *Quid enim hodie disputando & altercando non conantur de Deo (anima item nostra) nosse, in abdita ejus irrumpere, & inaccessum illud lumen (atque mysteria, quæ solus habet sacerrimus Codex) vespertiones miselli adire præsumunt, eo plerumque, proh dolor, cum fructu, quo musca ignem circum-**

A

circum & pervolitare solent. In Olymho Thracia locum scarabais infestum esse scribunt, in quem longe lateque alioqui circumvolitans scarabais si conficiatur, regredi nequit, sed seipsum in grum contorquens, misere tandem immoritur: Pari modo qui divine Majestatis arcana, voluntatisque non patefacta clausa (aut patefactæ manifestissima) temerario ansu rimare (pessundareque) tentant, vertigine mentis correpti in speculationibus istis misere hærent tandem & hosti generis humani prada cedunt. Verba hæc sunt celeberrimi quondam Piccarti Observat. Historico-Politic. Dec. IV. Cap. V. p. 202. Conf Chr Ad. Rupertii Orator historicus Orat. X. p. 427. f. Sed quam pauci contra sunt, qui non declinantes pro fummis ferre labores, veritati student, abjiciendo intimas & anxias voluptates, qua animum sibi vincunt, preferendo vera falsis, aterna brevibus, nitilia jucundis; nihil aspectum gratum judicantes, nisi quod justè, quod piè fieri vident: nihil auditu suave, nisi quod animum meliorem, ipsosque reddat. Laetantius Instit Libr. V. Nititur multa pars inani præsumptione & sibi aut præjudiciis aut fictis blanditur illusionibus, feroci devians contemptu a facerrimo Scripturarum Sacrarum fonte, quem obscenæ sæpe sordibus polluere non verecundatur. scrutando scil. Scripturas, ut eas corrumpat, aut quasi oborto collo, ad defendenda placita sua detorqueat. Vid. Camerarius Horar. Subcis. Cent. III. p. 18 Alii ignaviæ mancipati desperant & diffidunt ubivis, nec quicquam tam leve, quod non negligenti ac non curanti res sacras, asperum & inpervium abundè videatur, quos Jacobus Billius Antolog. Sacr. hoc justissime castigavit rythmo:

Pectoribus duris dura est doctrina salutis,

Et Patris Aetherii quicquid ab ore fluit.

Ignavis durus labor est, vigilare molestum

His quibus est alto dulcè sopore frui:

Verba humiles animos reddentia dura superbi,

Duraque lascivi verba pudica putant.

Denique quicquid est, quod Christi lege jubetur,

Ætneum invitis esse videtur onus.

Ad liquidum explorata veritas testis loco amplissimè prodiit, & si unum tantummodo præ aliis urgeretur, Locus de Jure Natura exten

ten

tenfissimum aperuit campum, certè aut nimis, aut minus in se tantum floruisse plurimum operam, nulla eget demonstratione: Sunt siquidem multi, qui in docendo eodem argumenta Bibliorum eliminant, rati, solam sufficere Philosophiam, cui violentis etiam contorsionibus sint conformanda summi Numinis Oracula, scribit in hunc finem Ill. Dn. Thomaeus In der Vorrede über die Bücher der Göttlichen Rechts-Gelahrtheit §. 46. p. 28. Wir haben hier mit einer natürlichen Wirkung zu thun / welche aus dem Lichte der Natur bewiesen werden kan / und nicht erst durch dunkle und nichts bedeutende Wörter erkläret werden muß, Sunt autem hi termini ex sacro codice derivati & asserti. Dantur vero & alii, qui non examinatis rerum & sententiarum eventibus, citò fallaci credulitate aut studiorum diffidentia perciti controversiam judicant nauci litesque de terminis paradoxis in utramque partem liquido disputabilibus. Ut hanc veritatem ac fidem nostram demonstramus, necessarium omninò judicamus, decisum Tertullani *Libr. de Anima Cap. I, Tom. II. Opp. Edit. Paris. De Ao. MDCXLIIX. p. 707.* In tenebrioso carcere seculi — si quid de Anima examinandum est, ad DEI regulas dirigat homo. Certè nullum alium potiore anima demonstratorem, quam autorem reperiet: A DEO discat, quod à DEO habeat, aut nec ab alio, si nec à DEO. Quis enim revelabit, quod DEUS cecit? inde sciscitandum, unde & ignorare tutissimum est. Praestat per DEUM nescire, quia non revelaverit, quam per hominem scire, quia ipse praesumerit. Nec oberit, quod Gentilibus hocce jus deducendum sit ex natura & ratione, utpote qui Sancta non attendunt Scripta: duplex enim est Theologia, naturalis prima, sed imperfecta, altera supernaturalis & consummata, quarum illa Gentiles abutuntur, hanc ignorant, utraque vero illos docenda illiusque defectus hic supplendi, ut ad fidem atque salutem perducantur. Super illius Theologiae naturalis puto capitibus disputamus ex communi principio naturae & rationis, quamdiu aliud non habent, inde ad persuadendum hoc supernaturale divinae veritatis principium, per remotionem omnium adversus id, quae habere possint praesudiciorum & objectionum, progredimur. Etenim praeter defectus Theologiae naturalis, ostendimus hic nihil rationis adversus Dei verbum adferri posse, quo minus divinae ejus veritas, tot testata insitit no-

tis aliisque Argumentis, agnosatur. Vid. Hornbeck. Summa Con-
troversiarum Religionis p. 58. & aurea sunt verba B. Nostri Schome-
ri quæ in Theolog. Moral. Cap. I, §. XII. sic leguntur: Solum lumen
natura per se non sufficit, sed variis laborat defectibus, quos à lu-
mine revelationis, quod in sacra Scriptura est, explere oportet, quemad-
modum Paulus dicit Rom. VII, 7. se concupiscentia vitium non a-
gnovisse, nisi lex Mosaica illud prohibuisset. Præterea etiam lubricus ejus
usus est hominumque studiis in diversa raptum facile obfuscatur, ita ut
conclusionibus à vero tramite passim aberraverint Philosophi; hodieque
aberrant, qui illo solo niti volunt. Etsi enim per se verum atque cer-
tum est, quippe ab illo auctore profectum, qui fallere non potest, an-
teceps tamen redditur abusu, cum vitiis hominum optimi colores obdu-
cuntur, ut ipsi deinceps inter id, quod recta ratio docet, & animus
concupiscit, distinguere nesciit, aliam, quam qua Spiritus S. est, con-
clusionem inde eliciant, cujusmodi Aegvoias in Idololatriis carpit Pau-
lus Eph. II, 3. conf. 2. Cor. X, 5. Itaque Scientiarum sacrarum majore
lumine opus est, cui illud minus subiciatur, & ad ejus splendorem
quicquid tibi videris naturali ratione rectè conclusisse, examines atq;
corrigas. Planè quemadmodum nauta, cum omnes regulas artis sua
solicite adhibuit, ut ex acu magnetica, ejusque declinatione, venti
velocitate, navigationis tempore, maris fluxu, aliisque indiciis colli-
geret, ubi portum expectare oporteat, statim tamen cum lucentem à
portu Pharum observat, omnes potius damnat calculos, quamvis ubi
aberraverit nesciit, quam evidentiam luminis in dubium vocet; Et
ut pueri in Scholâ, cum numeror præscriptos subduxerunt etsi secun-
dum artem infallibilem se id rectè fecisse censent, quando tamen nu-
merus, qui præducitur, cum eo, quem magister indicavit, non con-
venit, non Magistrum, sed se aberrasse concludunt, & tandem ubi
error ille lateat, indagant. Ita etiam oportet, cum Theologia mo-
rati (Juri item naturali) studemus, omnes quæ videntur naturalis
luminis conclusiones, ad Scriptura oracula, tanquam certissimam Pha-
rum & infallibile magisterium examinare, neque doctrinam ex no-
stris conclusionibus, sed hac ex illa corrigere: Id ubi fecerimus, facile
possimus in erroris nostri causas inquirere, & veriora etiam rationis
principia ac meliores inde demonstrationes invenire, quam si oculos at-
que

que aures huic hodegeta claudimus. Ita quamvis sua partes sine lumi-
ni natura, Scriptura sacra tamen unicum manes Theologia etiam mora-
lis (juris naturæ) principium, viaque lumen Ps. XIX, 9. CXIX, 105.
dum ab ejus consensu omnis etiam ex altero principio petita conclusiones
divina certitudo dependet. Conf. Tenzelius in der Fortsetzung der
monatlichen Unterredung Anno 1704. p. 227. f. Nec sine teme-
ritatis stigmatibus objiciet ignavus rerum sacrarum scrutator, in mi-
nimis exquisitam adeo haud requiri rerum evolutionem. si enim *Damis*
apud Philostratum *Lib. I. vita Apollonii* respondet reprehendenti
quod minutissima quæque de Apolline Thyaneo historia sua inseruisset,
quasi catellos imitatus, qui micæ cœnantibus Dominis, de mensa ca-
dentes, colligunt: Recte dicis, sed hoc Deorum convivium est, quo-
rum famulis maxima cura est; ne qua vel minima Ambrosia par-
ticula delapsa pereat. Quanto æquius nos exemplo Delphicarum
columbarum, quæ sacrarum in templo epularum cibamenta solebant
legere, ne quid de sacris reliquiis interiret, ut refert Euripides in
Jone, act. 4 aut aurifabrorum pueros imitati, qui omnia vel minu-
tissima auri ramenta studiosè conquirunt monitu Chrysofomi Ho-
mil XXXI. in Cap. VI. ad Rom. e sacris literis colligimus, nec pudet,
dextrâ Analecta, quicquid & canes reliquerunt. Conf. B. Jo Henr.
Ursini *Analecta sacra Lib. I. p. 3.* præsertim cum Augustini effatum
probè sit pensandum, quando solide & quidem sic peroravit: *Quic-*
quid homo extra didicerit, si noxium est, hic damnatur, si utile
est, hic invenitur, & cum ibi quisque invenerit omnia, qua utiliter
alibi didicit, multo abundantius ibi inveniet ea, qua nusquam alibi
invenire potuit. Fiet ergo periculum in proluxa controversa: An jus
natura sit habitus congenitus & per naturam insitus? Cujus asserti-
onem & affirmativam ex Scriptura primum post & ex ipsa natura &
ratione Deo sospitante Summo vindicabimus, hac vice speciatim
inquisituri: quomodo ex natura hoc ipsum Jus & ejus essentia de-
monstratione Apodictica & à priori cognosci ac deduci nequeat. Sit ve-
rò celestis & unicus hic veritatis suæ arbiter nobis salutem! Amen.

TRACTATIO.

S. I.

Cum recenseret olim & verteret Gallorum *le journal des Scavans* eruditissimus Giessensium Professor Dn *Fridericus Nitzschius*, Tomo III. pag. 191. & s. exhibuit *Wieqvefortii* Tractatum sub titulo : *L' Ambassade de D. Garcios de Silva Figueroa en Persé*. Ad Eundem verò p. 192. sequentia memorat : *Qui Antiquitate delectantur habebunt ibi cum jucunditate descripta exactissime rudera Chilminara, famosi illius Persepolitani Palatii, in quod Alexander cum esset ebrius, Thaidis meretricis persuasione motus ignem injecit Prout Autor hujus libri de eoloquitur, monumentum istud tam est notabile, quam quodvis aliud hodiernum, idq; propter antiquitatem non solum suam, sed propter magnificentiam, qua etiamnum superbiunt præclara rudera : Materia unde extructum fuit elegans istud adificium, tam fuit dura atque solida, ut non solum igne ruina dari non potuerit, sed etiam per tam longam annorum seriem tempestatu ipsi, omnia alias humana opera destruenti, restiterit. Conspici enim adhuc ibi poterunt muri Palatii istud cingentes, scala magnifica, qui eo spectatorem ducunt, egregia columna marmorea, quibus suffultum fuit, magna figurarum, inscriptionum aliorumque ornatum copia, qua partes delicatiores servarunt sibi adhuc integra.*

S. II.

Applicatione prona hæc quadrant ad Jus Naturæ, Quamvis enim nefandum Peccati originis contagium non modo Imaginis divinæ plusquam cœleste diruerit opus, ut ejusdem, si cum Scriptura loqui volumus, nec rudera nec reliquæ ulla ratione appareant amplius in peccatore; Quamvis & porro terribilissimum istud animæ nostræ ulcus non pepercerit iis, qui ipsam hominis naturam formabant & perficiebant, si velut exfors divinæ perfectionis ac sanctitatis penitiori subiceretur discussioni; non tamen pari forte naturam totam ejusque accedanea evertere funditus & abolere potuit, desiisset namque hac via homo hominesse, quam tantummodo orbare & in deterius pro-

sternere quotidie ardentissimo molitur nisu; diceres ergo admirabiles adhuc juris Naturæ esse reliquias propter *antiquitatem non solum suam, sed etiam magnificentiam, qua etiamnum præclara superbiunt rudera; materiam namque, unde extructum elegans hoc adificium, tam esse durum atque solidum, ut non solum peccato ruina dari non potuerit, sed etiam per tam longam annorum seriem tempestatu ipsi, quam indifferentissimus, Atheismusve horrenda formaverit facie, omnia alias humana ac divina destruenti resistenterit.* Conf. H. Altin-
gii *Dissert. Theologica & inter istas II. p. 27.*

§. III.

Non opus est, ut cumulem in scrutamine ruderum istiusmodi fat eximiorum Juris Naturæ plurima, quæ alibi discutiuntur, sed in præsentiarum id unice agam, ut demonstratum sit, *Quomodo Juris Natura essentia ex natura & ratione apodictica demonstratione & à priori cognosci ac deduci nequeat.*

§. IV.

Ut ergo hujus momenti sit magis accurata demonstratio & evictum habeatur, *quomodo non ex natura, sed alio potius principio, jus hocce insitum & innatum solide ac demonstratione quæ dicitur a priori cognoscatur.* Tum præmittendum duxi, quid nomine *Juris Naturæ insiti* designemus. Non ergo significatur hoc ipso *extrinsecus aliquid accedens*, quomodo servis olim nomen stigmatiæ vel *Inscriptorum* venit, quod literis notisque in facie pungebantur. Vid. Lipsius *Electorum Libr. II. Cap. XV. p. m. 428. f.* vel quomodo calumniæ damnatis litera K inurebatur vid. Lipsius *ibid.* & D. Sam-
Fr, Willeberg. *De stigmate in facie non scribendo Positione 27. f.* quod contra in honorem aliquando inter Gentes cessit Vid. Dn Willen-
berg. *E. VI. num. 20. 21.* & Schwveigerus *Itinerarii Eb. II. Cap LVII-*
item de Pictis Veterum Brittonum Cellarius Geographia Antiq. Libr.
II. p. 438. aut in memoriam, sic insignia Hierosolymorum & Beth-
lehemi exhibet Lundius in *den Jüdischen Heiligthümern Libr. III.*
Cap. LXII. p. 732. n. 54. f.

§. IV.

Nec terminus Juris *Insiti* commune quid habet cum arte factis, ut quando Ulpianus *Lib. XXIII. §. 1. D. de auro & arg. dicit insitas* figu-

figuras veste legati contineri, quæ erant effigies certarum rerum aut florum vestibus & massis intertextæ. Vid. Præteus *Lexico Juris* p. 266. & conferantur Ern. Salom. Cypriani *Selecta Programmata*, quorum primum agit: *De vestibus Palmatis* p. 9. s. aut quum hortulanus ramulos & clavolas inserit & inoculat, inde siquidem deducta similia ultra tertium suum ex; & applicari nequeunt.

§. V.

Pari ratione, quando Jacobus verbum prædicatum Cap. I. 21. ἐμφορῶν nominat λόγον id est actu & cura singulari insitum, vel ad cor & conversionem communicatum, in quem finem Deus ipse illud hæc per media se inditurum promiserat Jer. XXXI, 31. tunc oppidò constat, de externa & salutari docentium cura ἐπιμελῆσθαι hic profiteri, non siquidem divina & ad salutem sufficiens informatio atque doctrina ex corde promenda, sed in istud cœli & salutis express immittenda & analogia abs hortulanis sumpta, inferenda atque implantanda, ut sic zizania cordis superans, se salutariter ad cogitata, dicta factaque exferat. Conf. Caput totum & judiciosam B. Seb. Schmidii *paraphrasin & Resolutionem ad hocce caput*.

§ VI.

Longè minus nostra se vertit consideratio ad ista, quæ ex tempestatis vel siderum fluxu rationibus vindicantur, quæ de re Alexander ab Alexandro *Genialium Dierum Libri IV, Cap XIII.* plurimam venditavit & speculaturam pag. 211. hæc perhibuit: *Ex cœli rigore vel clementia, nonnunquam ex siderum statu vel influxu virtutes vitiaque gentibus innasci, quæ ingenita aded loci incolas afficiunt, itaque corporibus animisque insident, ut illa habeant propria & perpetua.* Siquidem Campani superbi natura & bonitate agrorum, ex mitissimo cœlo & affluentij copia voluptatem terrestrium, maritimarumque rerum semper habitij sunt; Domicilium enim superbiæ ut Cicero inquit) penes Campanos fuit. Archivi & Bruffii ex more insito Genti, latrones. Illorum namque ingenia latrocinij læta sunt & rapinis gaudent. Rheimi pauidi & formidolosi: Itali nobilitate præstant & regali quadam magnificentia lautij & magni sunt: Galli, super insitam Genti vanitatem mobiles & stolidi, contentionis avidi, consiliisque capiendis non ratione sed impetu feruntur: tamen religioni

religioni deditos esse, haud dubium est. Hispani iactabundi, duri & parci, abactoresque acerrimi, ad inediam laboresque atque ad mortem parati. Graeci licet ingenio & facundia praesent, eo tamen nationis vitio (unde graeca fides in proverbium venit) assentatores, leves atque infideles esse manifestum est &c. &c.. Conf. eruditissima Dissertatio M. Sigismundi Schmideri: *De Astrologia Iudiciaria Christiano Philosopho indigna.* & quae inter Sturnium & Hannemannum agitata sunt.

§. VII.

Sed unica nobis est cura & occupatio circa legem vel *ius Naturae*, quod omnipotentia Summi Creatoris rationi hominum sic *inditum insitumque*, ut non quidem rationis essentiam constituat aut immediate consequatur, eandem tamen subjective inhabitet, perficiat & generatione ad posteros transeat; quod item *ius nobiscum* natum, non scriptum, nec imitatione quodam acquisitum, sed solo Creatoris arbitrio naturae rationali communicatum & adultis simul ac infantibus commune, apud omnes idem, omnes & aequaliter obligans & in omnibus ad externa usque pertingens eademque formans, perficiens atque consummans, ut contravenientes deliqui, & aberrationis se reos exinde non tantum agnoscant, sed & nulla ratione enormitates suas adversus eandem exculpant, aut excusare valeant. Vid. Nehemias Grew *Cosmologia Sacra Libr. III, Cap. V.*

§. VIII.

Non ergo nobis sermo est de objectis *juris Naturae* externis, reflexivis, philosophice demonstrabilibus, inter adultos & qui ad rationis usum emerferunt, nec tamen aequaliter, & omnes obviis, in quantum per indagacionem propriam, informacionem, conversationem post rationis usum & exercitium, ratiocinatione & discursu considerantur, accedunt & in usum veniunt; sed de *juris naturae* subjectiva, interna, simplici & indemonstrabili forma, quae nulli homines, nequidem infantes & bimuli, carent; & quae per generationem arbitrio Summi Numinis communicatur ac transit. Vid. Maxime Rev. Dn. Christoph Wilckii Berolinensium Pastoris longae meritissimi *Theologia in Specul. p. 60.* Addatur & Magnif. D. Graepii *Compendium Theologiae Positivae Universae Part. I. Cap. I. pag. 19. s.*

B

§. IX.

De hoc verò *Jure Naturæ omnibus infuso* nostra, est sententia, quod quoad essentiam suam ex sola *Natura solide non cognoscatur*, quia enim (1) demonstratio directa sive ostensiva & quidem à priori est inter demonstrationes nobilissima, quæ dicit causam, cujus effectus tanquam prædicatum inest subjecto; quia & (2) in Applicatione principiorum demonstrari nil debet per causam remotam, sed quantum fieri potest, per proximam. Vid. Christ. Weissii *Doctrina Logica* pag. 233. s. hinc si juris naturæ essentia ritè evolvenda, aliud certè principium præter naturam & rationem, quæ talem, ubi hæc non datur, investigandum.

§. X.

Sed confestim animum subit exceptio Pufendorffii. De *Jure Naturæ & Gentium* Lib. II. Cap. III. §. 13. p. 191. a. se scilicet manifestum judicare, etsi divina literæ liquidius cognoscendo juri naturali plurimam lucem adferant, illud tamen etiam citra istud adminiculum, per vires rationis, homini abs Creatore concessa, & adhuc superstitis, posse investigari & solide demonstrari. Quæ & quæ responsionem nostram de *Jure Naturæ omnibus infuso*, amoliretur, hæc ibidem adjicit: *Quam ad rem tamen vix necessarium arbitramur præfactè contendere, animis hominum ab ipsa nativitate congenita & velut impressa esse juris naturalis saltem generalia præcepta, admodum distinctarum & actualium propositionum, quæ statim atque usus sermonis accesserit, citra ulteriorem informationem à mediationem abs homine possint exprimi. Hæc enim gratis finguntur &c.*

§. XI.

Acriori crena rem eandem persequitur Illustris Dn. Thomasius scribens Libr. I. Cap. II. Jurisprud. §. 66. 67. pag. 65. Es hat der Mensch wie jederman bekant/diese Krafft von seiner Geburt an (videlicet die gesunde Vernunft) in Gestalt eines Vermögens (Potentiæ) welches geschickt ist seine Kräfte aufzulassen / wenn zuvor durch Darreichung der Sinne die Bildungen von dem Verstande formiret seyn und dasselbig hernach in menschlicher Gesellschaft außgeübet wird. Darum müssen wir wol lachen über die gar zu subtilen Grillen der Schul-Lehrer / wenn sie lehren, daß in den kleinen Kindern auch von Natur in Gestalt eines ange-

angeborenen Habitus einige prima principia practica wähen/ welche sie unterrichteten/ was sie nach dem Recht der Natur thun oder lassen sollten. Quales flosculi sparsim in his & pluribus Illustri Viri scriptis deprehenduntur.

§. XII.

Non irem adversum, statu Controversiæ abs Ill. Dn. Thomasio ritè demum formato, scil. Philosophum sola ratione munitum hunc connatum habitum à priori nec demonstrate, nec solldè concipere, qvem solum modò à posteriori, nec satis quidem firma advertat consequentia; Verum cum expressa hypothesis Ipsius hæc sit & maneat: Wir haben hie mit einer natürlichen Wirkung zu thun/ welche aus dem Licht der Natur bewiesen werden kan/tunc refragari oportet his opinatis nos, quibus evidentia asserti nulla formari hactenus potuit luce: De cœtero scoptica & precibus Thomasianis intermixta, adversus usum terminorum, sacro codici verè iniatorum, indeqve non frivola Philosophorum onomatopoiia, sed rerum necessitate eductorum, parùm habentes, testamur coram omniscio, quod Eundem calidissimis frequenter invadamus & his quidem precibus, ad thema præsens directis: Verleihe du mir/ daß ich die Autorität deines Wortes/ aller menschlichen Autorität/ sie mögen so groß seyn als sie wollen/ vorziehen möge/ und wenn ich in Glaubens- Sachen dein Wort vor Augen sehe/ welches entweder den Worten nach deutlich zu verstehen/ oder aus andern gleichstimmenden Texten sich erklären lässet/ so gib mir/ daß ich demselben einfältiglich / ob ich gleich die Artz und Weise nicht begreiffe / wie das Prædicatum mit dem Subjecto zusammen hängt; und daß ich mich nicht anmasse/ deine unaussprechliche Geheimnisse durch Metaphysische Distinctiones, und dergleichen Grillen (in quantum revera tales essent) auszusprechen. Wenn derhalben mich dein Wort lehret/ daß die Kinder/ die sich ihrer Vernunft noch nicht gebrauchen können/ dein Erkenntniß nach dem eingepflanzten und angeborenen Recht der Natur wahrhaftiglich haben und selbiges als dein Geschenk nicht von mensch- oder äußerlicher Erfahrung und Lehre/ jedennoch in der That besitzen/ auch daher auß die Geschöpfe und aller Menschen thun

Ehnen geführt und zum Unterscheide des Guten und Bösen / so weit es die Natur lehren kan/ geübt gemacht seyn/ so will ich solches glauben/ ob ich gleich in meinen jehigen Sünden - Stande/ die Sache mir nicht ganz deutlich einbilden kan/ dieweil ich weiß / daß dein Wort nicht lüget und selbiges klar und deutlich vorgetragen hat/ wie es nothwendig ein angebohrner habitus seyn mußte/ sitemahl die Menschen nicht erst mit ihren Jahren es seynen Wesen nach ergreifen und durch wiederholte Bemühung es erwerben / sondern du selbst in ihr Herze es geschrieben / daß nach dieser deiner Regel der Menschen Gedanken- sich anklagen und entschuldigen/ auch die Heyden selbst von Natur in dem Zustand gesetzet seyn/ daß sie sich vor deinem gestrengen Gerichte so wenig in der Todes- Stunde/ als am jüngsten Tage werden entschuldigen können. Conf. Illustr. Dn. Thomaeus in der Vorrede S. XLVI. pag. 38.

§. XIII.

In Themate verò præsentī confirmat me, quod nulli Gentium ipsam *juris naturæ* essentiam causam ac finem demonstratō cognoverint. Non equidem me fugit, quod *Aristoteles* legem Naturæ insigniverit *Φυσικὸν δίκαιον* naturale justum κοινὸν itidem νόμον communem legem, ut hac emphasi adjecerit: ὁ μαντεύοντα πάντες δίκαιον καὶ ἀδίκον, καὶ μηδεμίαν κοινωνίαν πρὸς ἀλλήλους ἢ μήτε συνθήκην. Hæc Lex oraculum edit s. responsonem omnibus de justo à injusto; Etiam si nulla societas inter nos invicem à pacto esset. quam & æternam ad instar ignis ubique urentis, nec locorum, temporum aut circumstantiarum varietate communicati, ex Empedocle asseruerit. Conf. aurea & Ao. 1578. Mense Martio declamata inauguralis Oratio Dn. M. Conrad. Bergii: De Studiis Sanioris Philosophiæ ejusque usu in doctrina Ecclesiæ. Sed quia formalitate rem omnem conceperit, simile ejusdem absonum: De tabula pura & vacua commonstrat satis, quia de Philosophi prolixius.

§. XIV.

Quæ Platoni fuerit de Jure Naturæ sententia hodie Fanatici acutissimâ evolvère industria, ut è re vix arbitrè præsentī, pluribus hanc perniciosam

nicioſam perſeque opinionem; in compendio tamen *Locus, qui de Legibus Libr. IV.* proſtat, his ſiſtitur verbis: *Deus inquit, ut verus eſt ſermo, initium, ſinem atque medium eorum, qua ſunt, omnino continens, recto tramite res omnes dirigit, ſecundum naturam obambulans: cum individua comes ſequitur juſtitia, ultrix eorum, qui à lege divina recedunt: ad quam applicans ſeſe is, qui bene beateque vivere decrevit, ſequitur & ipſe Deum, humili cum reverentia animi & ornatu debito. ſi quis inſolens atque ardens improbitate, efferatur animis, & recedat à Deo, tanquam non indigens rectore à duce; is viciffim ab eo relinquitur, & deſertus à Deo, turbat miſcetque omnia exultans animis atque perditus: qui licet floreat aliquandiu applauſu multitudinis, tandem tamen irretitus tenetur juſto judicio Dei, & ſe multosque alios non ſecum precipitat in interitum.* Qua vero forma hic etiam jus naturæ explicatum cupiverit, ſimile ipſius: *De tabula rafa* ſignificavit: quam tamen infelicem opinionem Illuſtris Dn. Thomafius ex Poireto itidem recoxit, id quod ſtrictim conſpicietur in *den Summarifchen Entwurff der Grund Lehren/ die einem Studioſo Juris zu wiſſen nöthig & alibi.* Adverſus hujus forſuris opinata unicus nobis ſufficiet Summè Rev. Dn. Bücherus in Menſibus & alibi.

§. XV.

Nolo extenſiori deductione his immorari, ultrò ſiquidem partibus noſtris acceduri ſunt omnes, qui rem ſedulò evolvent; quod enim accidit pluribus, ut janua domus & exteriora ſint notiſſima, quos tamen interiora ædium, conclavia, theſauri, & ſuppelles latent, ad Philoſophis eveniſſe certum eſt, quorum cognitio in exterioribus & effectibus qualibuſcunqve juris naturæ verſabatur, quæ & ad interiora hoc rerum ſtatu, naturæque ſolius ductu penetrare non potuit. Nec verò ſufficit, quod *Chryſippus*, & alii ad Deum reſreſſi ſint, qua ratione ex Chryſippo. refert *Plutarchus* Libro: *De ſtoicorum repugnantiis.* quod diſerte ſtatuerit, non poſſe inveniri aliud juſtitia principium, aliamve originem, quam à Jove & communi natura petitum, inde enim neceſſe omnia iſta nos exordiri, ſi volumus aliquid de bonis & malis dicere. Conf. Dn. *Eiſenbart* *Inſtit. Jur. Naturalis* Cap. III. §. 16. p. 66. Nam nec Deum nec naturam ſolidè cognoverunt & mens ipſorum poſt lapſum ita corrupta fuit & obtenebrata, ut licet

in iis, quæ naturæ & conditioni hominæ, quæ tali, sunt obnoxia, facultas judicandi & lumen quoddam residuum sit, unde ceterudo, quæ in vita humana sufficit, emanat, tamen imbecilles sunt vires & ad errorem proclives, etiam in illis, quæ alias suo lumine radiant. Conf. Summus Jansenius Theologus D. M. Förtichius. *Dissert. Select. p. 325. S. XVII.*

§. XVI.

Cum verò nihilominus cujusque rei potissima pars sit *principium* in quo plus, quam dimidium poni meretur, quia primum & causa reliquorum, quæ inde fluunt & consequuntur; id tamen revera dixeris, quod hoc tale principium rerum sit gravissimum ac difficillimum, Vid. Celeberrimus quondam Groningensium JCultus Gerhardus Coccejus *Commentar. ad Tit. pondet. de Origine Juris & omnium Magistratum &c. p. 4.* & in applicatione ad jus naturæ quidem inventu Philosophis impossibile; solide enim scribit supra jamdum exhibitus M. Conradus Bergius: *Quid igitur, de est hominibus Ethnicis ad perfectam legis divinæ notitiam? Quid? nisi quod ipsum fontem legis nesciunt, Deum videlicet, de quo nescio quid tanquam vigilantes somniant. Itaque rursus nos gloriosa illa sapientia in ipso limine destituit & dimittit ad veram atque celestem Philosophiam Ecclesia, quæ sola rectè agnoscit Deum patefactum certo verbo: Scit sapientiam legis homini communicatam in creatione, & postea repetitam & expressa voce sancitam atque traditam Moysi, per manum Mediatoris in monte Sina: Et sæpe declaratam interpretatione Prophetarum, Christi atque Apostolorum, ut intelligamus ipsum esse talem, qualis in lege sua describitur. Itaque sola Ecclesia integram legem retinet, rectèque intellectam, & scit veros usus legis & addit *Prædicatio Evangelii* propter depravationem Naturæ, non præstantiæ obedientiam, quam lex requirit. Quibus de rebus tantis nihil ne somnari quidem potuit Philosophia. Cum in eo ipso, quod pene proprium & peculiare tenebat, ita graviter adhaeserit: nihil mirum est, si contemptu ejus sapientia cætera multitudo eò dementia prolapsa fuerit, ut turpitudines manifestas & flagitia legi naturæ repugnantia publicè admiserit.*

§. XVII.

Ordine igitur sequenti jus Naturæ docens, profiteor: Hinc ipsum

ipsum demonstratione probabili ex Philosophia deduci, quia effectu Juris Naturæ omnium consensu demonstrato, primam tamen & immediatam causam ignorat; Quando contra ut probè observavit Ill. Dn. Thomastus *Phil. Aul. Cap. X. §. 2.* A notioribus semper progrediendum est ad minus nota; & verò regressus à notioribus effectuum, ad minus notam causam Jus scil. Naturæ ipsum Philosopho non pateat, propter hoc, quia rationalis natura per peccatum miris modis debilitata: Annon tunc fas erit decidere: *Principium, unde de Deo aliquid cognoscitur, duplex est: Natura & Scientia. Dari de Deo naturalem quandam notitiam, constat non expresso tantum S. literarum testimonio Rom. I, 19, 15. sed sensu quoque & experientia in iis, qui revelato lumine destituti aliquam tamen de Deo & divinis rebus habuere cognitionem. Ex sola tamen revelatione innotescit, hanc notitiam esse duplicem, innatam sc. & acquisitam. Conf. Magnif. Dn. Fechtius Not. Christ. Exerc. IX. §. V. f. p. 315. vel si ad Thema præsens & analogiam eorum, quæ Illustris Dn. Thomastus Præfat. p. 38. exhibuit, applicatius diceremus: Es wird ein Philosophus, wenn er ein Christ ist/und siehet/das die heilige Schrift lehret/das Recht der Natur sey allen Menschen ins Herz geschrieben/und sey allezeit und allenthalben so wirkend/das die Heyden auff die Arth von Natur des Befehles Werck gethan und die Gedanken dessats sich unter einander verklagen und entschuldigen/nicht weiter denken/man habe mit einer solchen natürlichen Wirkung zu thun/welche allein aus dem Licht der Natur bewiesen werden können/sondern vielmehr dankbarlichst annehmen/ das der heilige GOTT ihm das wahre Wesen des Rechtes der Natur lehren wollen/wie er es sonst der Sünde wegen nicht zu finden und zu erschaffen vermögt.*

§. XVIII.

Nec hac quidem ratione *μετάβασις εἰς ἄλλοζένοσ* committitur; rectè etiam Ill. Vir distinguit *inter Scripturam, quatenus continet mysteria fidei & quatenus præter ista considerari potest ut liber Historicus, (adjicerem in Philosophicis etiam divinæ autoritatis atque veritatis)* Vid. *Phil. Aul. Cap. II. §. 43.* quæ erudite extenderat M. Jac. Saurius *Syntagm. Logici*

Logici Libri, I. Logica in Parte propr. Sect. I. Cap. I. §. 3. scribens; Non est prohibitum, Physico, Chronologo, Politico, Juris Naturæ studio &c. ex Scriptura in veritatem sui objecti inquirere, neque dicendum est, eos *μεταβαίνειν ἐς ἄλλο γένος*, quotiescunque aliquid ex Scriptura pro se afferunt. Nam scriptura S. non est disciplina, sed liber saltem communis, omnis generis res & materias comprehendens, ut pro divina tua varietate intersiat, non exclusivè Theologiæ solùm, quæ ex unico hoc fonte scaturit, sed inclusivè aliis etiam disciplinis, Chronologiæ, cujus primordia longamque continuationem tradit, Ethicæ, Politicæ &c. nec modus considerandi diversus est, sed unus idemque manet. Nuda enim citatio & applicatio alicujus dicti ex hoc sacrosancto Codice non mutat aut multiplicat ejus sensum; Eodem modo, quo Jerem. XIII. 25. Scriptura S. dicitur Pardum non mutare colores & Maccab. VI 34. Elephantibus vino rubro & succo mori incendi, ista asserit Physicus. 2 Non est principium peregrinum, sed commune cunctis & proprium cuiusvis. Etsi enim Scriptura S. sit Principium proprium Theologiæ, proprium tamen non est in quarto modo, ut ei uni & soli competat, sed in secundo, ut omnia Theologica quidem sint Biblica, non à conversim omnia Biblica Theologica. Distinguendum igitur est inter intentionem Spiritus S. primariam & secundariam. Primariò & principaliter informat nos Spiritus S. in Bibliis, in ea cognitione, qua æternam salutem olim consequi possumus omniaque piè credenda & rectè agenda clarè non minus, quàm perfectè proponit; secundariò verò Professores variarum disciplinarum in Philosophia instituit. In eodem prato & bos herbam & canis leporem & ciconia lacertam & virgo florem reperit, Conf. Calovius Theol. Nat. p. 69.

§. XIX.

Sed obesse huic videtur hypothesi id, quod inter Gentiles plurimi de connato istiusmodi habitu multa attulerint, quorum notitia naturæ, qua tali & citra Codicis S. elevationem spectatæ vindicanda sit; Cum ipsa natura enim hominibus simul inditam esse normam quampiam profitentur, quæ ipsius Autorem Deum, cum iis, quæ ad statum hominis rationalis comoderent, non obscurè referret. Vereor ne operam perdiderim, adducendo *Epicurum*, quis enim

enim professum in partes secum duceret Atheum, ubi de legibus naturæ per deum insitis disputatur? Vellicat namque aurem *Megalandri* descriptio, quæ in Phalatio suo Epicurum graphice satis & his quidem rythmis adumbrat:

Vitam, quæ faciunt suis beatam
 Porcis hæc Epicurus ille tradit:
 Ne spectes hominum Deive mentem.
 Non est qui regat atque curet orbem,
 Spem Vitæ bene rideas futuræ,
 Quamvis mens, ratioque sana monstrant.
 Te solus Tibi finge procreatum
 Certus, cuncta tuo nata esse ventri.
 Silenus placeat, nihilque malis,
 Vivas ut mera sus, merusque porcus,
 Et tandem moriari porcus & sus.
 Sic sic itur ad insulas beatas,
 Aeterno quibus igne carcer ardet,
 Et tales coquit, ustulatque porcos,
 Tunc malles Epicure non fuisse
 Sed serò venient, ea querele
 Et disces aliud fuisse Quidam,
 Quam quod riseris hic inane Numen;

§. XX.

Accedit solida plurium demonstratio, quæ Epicurum pari cum Carneade loco habent & sententiam ejus Horatio canente Libr. I. Satyr. III. vers. 97. f. adversariam prorsus Juri Naturæ his inferunt:
 Quum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant,
 Atque ipsa utilitas, justis prope mater & æqui.
 Quum prospere primis animalia terris,
 Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter,
 Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
 Pugnant armis, quæ post fabricaverat usus.
 Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
 Nominaque invenere, dehinc absistere bello,
 Oppida cepserunt munire: & ponere leges,
 Neque fur esset, neque latro, neque quis adulter. & c. III. f.
 Jura inventa metu injusti fateare necesse est,
 Tempora, si fastosque velis evolvere mundi.

Nec natura potest justo fecernere iniquum,
 Dividit, ut bona diversis, fugienda petendis,
 Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet idemque,
 Qui tenetes caules alieni fregerit horti,
 Et qui nocturnus Divum sacra legerit. Adsit,
 Regula peccatis, quæ poenas irroget æquas &c.

§. XXI.

Non mei est & præsentis præterea fori, inquirere, quo juris
 motu defendere annisi sint plures Epicurum & quidem ubivis ferme;
 post antiquiores enim moliti sunt has curas Petrus Gassendus Prof.
 quondam Matth. Parisiensis, Andreas Arnandus, quem exhibuit
 Baylius in *Dictionario Histor. Critic. Tom. I. p. 1051.* Proseneschal-
 lus scil. Provinciæ Forcalquierensis, qui tamen joco magis, quàm
 re, egisse videtur. M. Ebersbachto in Dissert. erudita, quæ *Epicurum
 sæda voluptatis reum Lipsiæ Ao. MDCCI. Aitit.* Jacobus Rondellæ,
 Prof. Ultrajectinus, qui Ebersbachto parùm curatè Johannes audit,
 cujus Excerpta *Acta Er. Lips. Ao. MDCLXXXVI. p. 385. & p. 483.*
 expressius etiam *A. MDCXCIV. p. 121. f. dederunt.* & qui semper
 ferme suspectissimos exculpere audent. Autores des *algemeinen Hi-
 storischen Lexici*, de qua aliàs sât laboriosa cura id in transcurso mo-
 nere opus duxi, quod avidæ Eruditorum Virorum non satis dederit
 spei, promiscuè siquidem omnes, qui religionem ac fidem infestant
 autoritate Arnoldi & hujus furfuris, Virorum exculpantur, ut defe-
 ctuum extantiorum mentioni parcam.

§. XXII.

Gravioribus certè momentis Epicuri ostenderunt deliquia Viri
 supra laudem positi, quorum aliquos recensuisse, erit supra citatos
 refutasse. Conferatur ergo Parckerus de *Deo & Providentia divina
 Diss. III. Sect. XVII. & XXI.* Vit. Ludov. V. Seckendorff. in *Chris-
 ten-Staat Edit. Lips. de A. 1705. I. I. 1. p. 2.* & in *Addit. ad I. I. 1.
 p. 643. f. Illustris Dn. Reinhardus. Theatra Prudentia Elegantioris
 l. II. XVII. I. p. 210, 211.* & Summè Rev. Dn. D. H. A. Engelsen/
 in Exercitatione Anti Gassend. ostendente, minus sufficientem esse
 in multis illam, quam Petrus Gassendus in se suscepit, Epicuri de-
 fensionem. Celeberrimus item Jo. Albertus Fabricius *Bibliotheca
 Græca Lib. III. Cap. XXXIII. p. 803. f. & plures.*

§. XXIII.

Id tantum de Epicuro asseruerim eundem inopinanter & ex
 improviso Juri Naturæ dedisse calculos, & reducem quasi ex Lethar-

go docuisse, quorum deinde, partium studio etroteque suppressus & sic satis quidem sivolè fuit oblitus. Adsit ergo Paraphrasis sententiae Epicureae per Ciceronem. *Libro Hic Primo: De Natura Deorum C. XVI. & XVII. Tom. videlicet IV. Operum Ciceronis ex Edit. Hamb. Bibliopolii Erogeniani p. 140. b. sequenti perorat forma: Solus Epicurus vidit primam esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quae est enim Gens, aut quod Genus hominum, quod non habeat sine Doctrina anticipationem quandam Deorum. quam appellas $\omega\epsilon\lambda\eta\psi\alpha\nu$ Epicurus, id est antecepsam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec queri, nec disputari potest. Cujus rationis vim atq; utilitatem ex illo caelesti Epicure, de regula & judicio volumine accepimus.*

§. XXIV.

Et statim progreditur: *Quod igitur fundamentum hujus questionis est, id praclare jactum videtis; Cum non nisi instituto aliquo, aut more, aut lego sit opinio constituta, maneatq; ad unum omnium firma consensus: intelligi necesse est, esse Deos, quoniam insitas eorum, vel potius innatas cognitiones habemus. De quo autem omnium natura consentit, id verum esse necesse est. Esse igitur Deos, confitendum est. Quod quoniam ferè constat inter omnes, non Philosophos solum, sed etiam indoctos: fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive anticipationem, ut antea dixi, sive praenotionem Deorum. sunt enim rebus novis novà ponenda nomina, ut Epicurus ipse $\omega\epsilon\lambda\eta\psi\alpha\nu$ appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat. Hanc igitur habemus, ut Deos beatos & immortales putemus. Quae enim nobis natura informationem Deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit mentibus, ut eos aeternos & beatos haberemus.*

§. XXV.

Sententiam post Epicurum, suam dicat & Cicero, producit is Attico derivationem juris à natura petitam, agrè suspicienti, respondentem Marium, his verbis: *ed. jam citata Tom. IV. p. 220. b. 15. f. Sunt haec quidem magna, quae nunc breviter attinguntur. Sed omnium, quae in hominum doctorum Disputatione versantur, nihil est profectò praestabilius, quam plane intelligi, nos ad justitiam esse natos, neq; opinione, sed natura constitutam esse jus. Id jam patebit, si huiusmodi inter ipsos societatem conjunctionemq; perspexeris. Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmet ipsos sumus. Quod si depravatio consuetudinum, si opiniorum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret & flecteret, quotunq; coepisset*

sui nemo ipse tam similis esset, quam omnes sunt omnium. Itaque quaecumque est hominis definitio, una in omnes valet. Quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse in genere, qua si esset, non una omnis definitio contineret. Etenim ratio, qua una praestamus beluis, per quam conjectura valemus, argumentamur, refellimus, differimus, consciscimus aliquid, concludimus, certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par, nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur: & ea, qua moventi sensus, itidem movent omnium: quae, in animis imprimuntur, de quibus antea dixi, inchoata intelligentia, similiter in omnibus imprimuntur: interpretisque est mentis oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. Nec est quisquam Gentis nullius, qui autem naturam nactus, ad virtutem pervenire non possit. &c. &c. §. XXVI.

Et post pauca Marius idempertgit: Sequitur igitur, ad participandum alium ab alio communicandamque inter omnes justos natura nos esse factos. Atque hoc in omni hac disputatione sic intelligi volo, quod dicam naturam esse, tantam autem esse corruptelam male consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur a natura dati, exorianturque & confirmentur vitia contraria: Quod si quomodo est natura, sic iudicio homines humani (ut ait Poeta) nihil a se alienum putarent, coleretur jus aequum ab omnibus, quibus enim ratio natura data est, eisdem etiam recta ratio data est. Ergo & lex, qua est recta ratio in iubendo, & vetando; Si lex, jus quoque, ut omnibus ratio, jus igitur datum est omnibus, recteque Socrates execrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura se junxisset. Id enim querebatur, caput esse exitiorum omnium: Unde est illa Pythagorea vox: τὰ τῶν Φίλων κείνα καὶ Φιλιῶν ἰσότης &c. &c. conferri & meretur suppositus ille: - De Consolatione Tom. IV. cit. p. 323. Quae apud Senecam hujus indolis sint animadversa, exhibet, Jo. Janus Suavingius. L. A. Seneca Theolog. Natura. contemplat. p. 2. Plures hunc in finem adsciscere praesentis temporis non permittit ratio.

§. XXVII.

Extra limites vagari haud vacat, ut absurdas repetam opinioniones, de commercio Epistolico Senecae atque Pauli, ipsius item salute, Conf. omnium instar Geleberrimus Sev. Lintropius in eruditissima praefatione ad Suavingii Theologiam Senecae De Aristotelis, Platonis, Pythagorae & plurium beatitudine spiritali ac aeterna, quas acriter retundit Maxime R. Dn. D. H. C. Engelke Ζητηματ. Curios. An Pythagoras Profelytus factus & consequenter salvatus sit? Praefamin.

Id tantummodo concluderem, quod Philosophi superius exhibitū istiusmodi modum agnoscendæ & proponendæ veritatis accipere potuerint abs Hebræis, pace enim Illustris Dn. Thomasi & mihi hic licebit decidere: Ob auch gleich das Wesen des Rechtes der Natur und dessen wahrer Ursprung aus göttlicher Offenbarung nunmehr herrühret / so gilt doch nicht / daß einer also schliesset: Epicurus Cicero und andere Heyden haben dergleichen Redens-Arten vom Jure naturæ gleich als wie Paulus und die Heil-Schrifft geführet / darüm ist davon im natürlichen Gesetz Ver-ordnung geschehen. Denn diese Heyden / sind entweder Grie-chen oder Römer. Die Römer haben ihre Gesetze von den Grie-chen empfangen / die Griechischen Philosophi haben viel aus Mo-se und den Propheten genommen / dero Lehre die Apostel nachmahls zu vielen mahlen noch deutlicher erkläret. Conf. die Göttliche Rechts-Gelartheit Lib. I. C. II. §. 70. p. 66.

§. XXIX. Non male propterea celeberrimus quondam Franciscus Baco de Verulamio: *De Augmentis Scientiarum L. IX. Cap. I. p. m. 734. s. scripsit: Nec illud dubitandum, magnam partem legis moralis sublimiorem esse, quam quò lumen natura ascendere possit. Veruntamen, quod dicitur, habere homines etiam ex lumine & lege natura, notiones nonnullas: virtutis, vitii, justitiæ, injuriæ, boni, mali, id verissimum est. Notandum tamen lumen naturæ duplici significatione accipi, primò, quatenus oritur ex sensu, inductione, ratione, argumentis, secundum leges cæli ac terræ: secundo, quatenus anima humana interno affulget instinctu, secundam legem conscientie, quæ scintilla quadam est & tanquam reliquia pristina & primitiva puritatis. In quo posteriore sensu præcipue particeps est anima lucis nonnulla ad perfectionem intrinsecam & discernendam legis moralis; quæ tamen lux non prorsus clara est, sed ejusmodi, ut potius vitia quoadantenus redarguat, quàm de officiis plenè informet. Quare religio, sive mysteria Spectes, sive mores, pendet ex revelatione divina.*

§. XXIX. Et apprime hic quadrare possunt verba Calovii: *Isag. ad S. Theologiam Tractatu priori Cap. IV. §. II. p. m. 67, Non omnia, inquit, quæ in Scriptis Gentilium reperiuntur Theologica ad Theologiam naturalem referenda sunt: Quædam enim ex abusu rationis & principiorum naturalium promanarunt, uti sunt varii errores & falsa opiniones Gentilium; De quibus in Theologia Gentilium; Quædam profecta sunt è revelatione divina, non quidem tam directè facta Gentilibus quàm è populo Dei profecta per famam, vel traditionem, ob*

conversacionem & commercia nonnulla Gentilium cum iis, qui fuerunt de populo Dei. Sic cum Patriarcha inter Gentiles vixere, vestigia quadam religionis à Deo patrefacta inter ipsos relicta fuerunt e.g. inter Aegyptios & Chaldaeos, (qui inter Gentiles pro summis Theologis habiti) ex Abrahami institutione nonnulla remansere, unde Trismegisti & aliorum Scripta Theologica magna autoritatis inter Gentiles extiterunt, in quibus non pauca Christianae Theologia analogae de DEO, Dei verbo, generatione Filij Dei, S. S. Trinitate &c. leguntur: Qua occasionem dederunt Socinianis cavillandi mysteria fidei, quod è Gentilium scriptis hausta & profecta sint, cum potius Gentiles ea ab Ecclesia acceperint. Conf. Gebhardi Theod. Meyeri *Introductio in Univers. Theol. Moral. Stud. Cap. III. §. VII.*

§. XXX. Ex haecenus deductis abundè patet, quod Juris naturae oblitterata forma ejusdemque origo ex lacunis rationis sibi relictae aegre non modo, sed ut vidimus, nulla ferè ratione reduci possit. Publicabat quondam Parisiis Autor Anonym. *Traité des Inscriptions en faux & reconnoissances d' Escritures & signatures.* in quibus docuit arcanum, quo Scripturae, aut tractu temporis aut contrectatione manuum ita deletae, ut legi amplius non possint, excitari iterum possint. Conf. Nitzschius *Ephem. Tom. 1. p. 408.* Scriberem certo certius Juris naturae originem & essentiam tractu temporis & contrectatione peccaminosa ita deletam, ut cognosci amplius nudo non possit Philosopho, excitari & reduci inque cognitione demonstrativa fundari sacris literis & per Christiana praesupposita valde perfici; Qui enim non quaslibet propositiones S. Sacrae, quae ad Philosophiam spectant, pro hypothefibus Philosophiae Christianae agnoscimus aut venditamus, eas tamen, quae nobis rem è lumine Naturae non aequè cognitam, quoad τὸ ὄν manifestant a vidè Philosophis tribuimus, ut Philosophia deinde, in demonstrando τὸ δὲν, illis tanquam praesuppositis tutò niti queat. — Speciatim igitur huc pertinet status hominis primævus, quem ab omnibus, cum disquiritur prima origo Juris supponi, rectè dicebat Gassendus in *Philosophia Epicuri p. 5* Hunc sola revelat S. Sacra; quem proinde nos ab eadem mutuamur & in disciplina Juris Naturae per modum praesuppositi adhibemus. Regia omnino via, quam qui deserunt, ranam pro Diana, hominem miserum & corruptum pro felici & integro amplectuntur. Egregia hæc sunt decisa B. D. Alberti. *Defensionis adversus Rondinum Dissert. Ep. S. 4. p. 6. & §. 13. p. 10.*

Hac vice tantum. 